

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection Série C - 1616. Filippo Ferroverde, \*Mythologiae libri\* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 52 : Priape dieu des cultures ; Priape jeune homme ailé](#)

## **Mythologia, Padoue, 1616 - 52 : Priape dieu des cultures ; Priape jeune homme ailé**

### **1 médaillon**

**Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)**

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

**Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)**

[Images, Lyon, 1581 - 72 : Priape dieu des cultures ; Priape en jeune homme ailé](#)  *a pour adaptation ce document*

---

**Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)**

[Imagini, Venise, 1571 - 72 : Priape dieu des cultures ; Priape en jeune homme ailé](#)  *a pour adaptation ce document*

---

**Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)**

[Mythologie, Lyon, 1612 - 51 : Priape dieu des cultures ; Priape en jeune homme ailé](#)  *a pour alternative ce document*

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)



Magnanimo ac forti quondam generatos Achilla.  
 A que è complexu raptum nutritu, ab alta  
 Turri iacet natum mox Hectoris iunctu, cadit em  
 Puerpavum cepit lethum, migratq, tenebra.  
 Mox capit Andromachen, fuerat namque Hecto-  
 ris uxor.

Quam sibi donavit virtutis premia Achili.  
 Achilisa clarum natum domitoriu equorum  
 Pretiosus in naui, ducit, qua marmora sulcant,  
 Ercem, fuit egregium quod munus Achisum.

Ex illo celebra Mattis adulterio suscepit Har-  
 moniam, ut testatur Hesiodus in Theogonia,  
 quam tamen alij Iouis & Electæ filiam fuisse  
 putarunt, è Mercurio suscepit Hermaphroditu,  
 ut nomen ipsum significat: quod ita ait Ouid.  
 lib. 4. Metam.

Mercurio puerum, è diua Cythereide natum  
 Naiades Idas enutrivere sub antris:  
 Cuius erat species, in qua materq, patery,

Cognoscere possent: nomen quoque traxit ab illis.

Conceptit Erycem è Buse ut alij maluerunt,  
 è Neptuno: quem Hercules palestra suffoca-  
 vit, ut ait Iliacus. Festur etiam Meligonus fuisse  
 Veneris filia. Fama est præterea quod Venus  
 Dionysum amavit, quo ad Indicam expeditionem  
 militante Venes Adonidis consuetudine  
 fruebatur: mox coronata redeunti Dionysio oc-  
 currens & ipsum coronavit, & rogavit, ut se  
 sequeretur, quia iam nupsisset mox in Lampsa-  
 cum profecta est, quia ibi vellet parere, quod  
 gestabat in utero. At Iuno Zelotypia capta il-  
 lius uterum per dolium contrectavit, fecitque  
 ut de formæ puerum pareret, qui ingenta  
 maxime haberet pudenda quem postea Priapum  
 nominavit, ut ait Posidonius in libro de Heroi-  
 bus & Demoniis. Non defuerunt qui Suda-  
 delum quoque Veneris filium fuisse dixerint, quæ  
 sententia etiam fuit Sapphus. at Hesiodus in



Ibcogo.

cum corona processit, illumque coronans sequi quidem noluit, quia puderet, quod nupsisset: at in Lampfacum recedens ibi parere decrevit. Tum Iuno capta zelotypia, simulans se opem ferre, manu venefica uterum attingit, fecitque puerum deformem, & prae ceteris incredibilem membri pudendi magnitudinem habentem pateret, quem Priapum nominavit. id cum vidisset Venus, noluit illum capere ob membri magnitudinem, sed in Lampfaco vrbe matis Helle sponti reliquit. Huius deformitatem ita complexus est Archias in his carminibus:

*Βαίος ἰδεῖν ὁ πρῖντος, ἐπ' ἀγλαλίτιδα ναίου  
χρῆλιν αἰθνίαις κ' ὀπτε, ἀντιβίης  
φοῖος, ἀποῦς· οἰύκεν ἐρημαίσι νῆπ' ἀκταῖς  
ξίσειαν μαγνρόν ὕπερ ἰχθυόλων.*

*Littera parvum ego hic habito saxosa Priapi,  
Nullaq; cum mergis bella cruenta zero.  
Distortus vultus, per nullus: falce dolando*

*Piscator talam finxerit, aut mellui.*

Deinde cum adolevisset, pergratusque foret Lampfacens mulieribus, Lampfacenorum decreto ex agro Lampfaceno exiit. Fabulati sunt antiqui Lotidem nympham Priapi libidinem fugientem in Lotou fuisse mutaram. Memoriae prodidit Euseb. in lib. de Falsa Religione Priapum aliquando cum vno ex illis asellis, qui Bacchum in Indicam expeditionem proficiscentem trans quendam fluvium transfluxere, de membri magnitudine deceisse, (sunt autem tanti id asellorum beneficium creditum, ut illi sint idcirco inter sydera relati, & alteri eorum concessum est, ut loqui posset) qui cum victus fuisset victorem ob invidiam occidit. Mansit deinde ea consuetudo in sacris, ut asinus Priapo tanquam inuisum & invidiosum animal immolaretur. Scripsit Ouid. lib. 1. Fastorum per solennitatem matris Deorum, ad quam omnes Dii



conueniant,